

Eclipsis Lunaris
 Anno 1676, die 1. Januarit mane observata
 G E D A N I
 à Johanne Hevelio.

Hanc Eclipsin Lune cælo admodum sereno observare obtigit, sic ut ipsum initium, tum etiam 12 phases crescentes, ad maximum usque obscurationem ex voto deprehendere & describere licuerit; post maximum autem defectum nubes supervenere, adeo ut non nisi duas phases decrescentes, 14 & 15, annotare, & quidem vix satis accurate, potuerimus; exindeque finem etiam minime conspeximus. Optandum quidem fuisset, cælum continuū extitisse serenum, quo stellulam illam fixam, horā 4. 11'. 45". à limbo Lunæ inferiori & orientali distantem, exactè observare licuisset; sed nubes pariter illam postea nobis eripuerunt. Quantum conjicere datur, si non à parte Australiori Lunæ omnino testa est, haud procul tamen a limbo Lunæ inferiori incessit: Sed de hocce phænomeno alii, quibus cælum magis sicut propitium, aliquid certius indicabunt. Noratu dignum in hæc Eclipsi præprimis extitit, quod penumbra ab hora statim 2. 36'. 40". incepit. Nam eâ parte ad M. Baronium, & Sinum Apollinis eo tempore jam paulò obscurior Lunæ limbis videbatur; quæ penumbra deinde successivæ densior evasit, ita ut hor. 3. 8'. jam satis notabilis extiterit. Ipsum verò initium Eclipseos primum horā 3. 30'. hic Gedani contigit; cum tamen juxta calculum Rudolphinum fere 16' citius incidere debuisse. Pariter quantitas Eclipsis ad integrum digitum minor extitit, quam calculus eam promiserat. Quippe non nisi $3\frac{1}{2}$ dig. obscurata, ut ut calculus eam 4 dig. 25'. ostenderit. Quæ discrepantia ut satis evidens est, sic Tabulas multâ adhuc correctione indigere ostendit. De cetero, in hæc Eclipsi quoque probe notandum est, quod omnes Sectiones nunquam Montem Porphyritem omnino texserint, sed ille per totam durationem, etiam in ipsâ maximâ obscuratione, in ipso umbræ limbo conspicuus perfliterit: Deinde, quod durante Eclipse horâ 3 46' ingens halo Lunam cinxerit.

Observatio.



Observatio Eclipsi. Lunaris
Anno 1676, die 1. Januarii mane habita
G E D A N I.

<i>Tempore ex recto.</i>	<i>Altitu- dines Fix- arum.</i>	<i>Nomina Fixarum.</i>	<i>Oras Planae lunae.</i>	<i>Per quas maculas transiverint Umbræ Sectiones.</i>
Hor. . . "	° , " , "			
2 28	38	26.12.0 Dextr. humeri Ori.	Conis.	
2 33	20	25.35.0 Dextr. humeri. Ori.		
2 36	40		Initium Penumbr.	<i>Ad Montem Baronium.</i>
3 8	10			<i>Penumbra densior.</i>
3 16	35			<i>Densa penumbra.</i>
3 24	20			<i>Denissima penumbra.</i>
3 30	0		Initium Eclipseos.	1 <i>Ad Sinum Apollinis.</i>
3 36	25			2 <i>Per M. Alabast. & Sin. Hy-</i>
3 42	5			3 <i>Ad Sinum Apoll. (perbor.</i>
3 45	25			4 <i>(Majorem.</i>
3 46	30			5 <i>Per M. Baron & L. Nigr.</i>
3 52	10			6 <i>Per Ins. Ophiusam. (Min.</i>
3 59	15			7 <i>Ad M. Porphy. & L. nigr.</i>
4 7	45	Stellula distab. in limb. 36' vel 40'.		8 <i>Per M. Porph. & M. Serr.</i>
4 11	45			9 <i>-- Porph. Pr. Dæ, & M. Carp.</i>
4 12	10			10 <i>(Macroceran.</i>
4 18	5			11 <i>Per Ins. Corf. M. Arg. & M.</i>
4 26	0			12 <i>Per M. Porphyrit. & Lac.</i>
4 34	0			13 <i>(Trasimenum.</i>
4 43	20			14 <i>Ad Sinum Apollinis, M.</i>
4 56	20			15 <i>Christi, & Ins. Macr.</i>
5 3	0			
5 25	0			
5 30	0			
5 55	28	32.33.0 <i>Lucide Lyra.</i>		<i>Penumbra.</i>
5 57	33	32.50.0 <i>Lucide Lyra.</i>		<i>Penumbra ponè evanuit, quoad conjicere potuimus ob nubes.</i>
5 59	0			
6 8	0			

An